

*INNU TA' L-APPOSTLI*

**I**

*EXSULTET ORBIS GAUDIIS*  
caelum resultet laudibus  
apostolorum gloriam  
tellus et astra concinunt.

**II**

Vos, saeculorum iudices  
et vera mundi lumina,  
votis precamur cordium:  
audite voces supplicum

**III**

Qui templa caeli clauditis  
Serasque verbo solvitis  
Nos a reatu noxios  
Solvi jubete, quaesumus.

**IV**

Praecepta quorum protinus  
languor salusque sentiunt,  
sanate mentes languidas,  
augete nos virtutibus:

**V**

Ut cum redibit arbiter  
in fine Christus saeculi tibi que,  
nos sempiterni gaudii  
concedat esse conpotes.

**VI**

Patri, simulque Filio  
Sanctae Spiritus,  
sicut fuit, sit jugiter  
saeculum per omne gloria.

Amen.